Item Lucam Zarczynsky maritum quam ipsam item Agnetem Brzezinska coniugem prius mori contigerit. Extunc ipsa coniux bona praefata omnia mobilia et immobilia morte mariti sui derelicta cum omnibus utilitatibus fructibus proventibus ex eisdem bonis modo quovis provenientibus ad extrema vitae suae tempora habebit tenebit possidebit illisque utifruetur. post mortem vero ipsius bona praedicta super successores mariti cum pleno iure sine ulla contradictione successorum consortis sui devolui debent et devoluentur. Simili etiam modo si ipsam item Agnetem Brzezinska consortem suam quam praedictum item Lucam Zarczynsky maritum prius de hac luce decedere acciderit. Extunc praenominatus maritus bona superius rescripta omnia mobilia et immobilia cum omnibus utilitatibus fructibus attinentiis et pertinentiis ad extrema vitae suae fata tenebit habebit possidebit illisque utifruetur. Post decessum vero ipsius bona eadem omnia mobilia et immobilia hujus successoribus consortis suae cum pleno iure sine ulla contradictione successorum mariti devolui debent et devoluentur. Hac sua personali recognitione in praemissis mediante.

Brzezinskich Abrenunciatio.

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Branscen. personaliter comparens Nobilis Agnes Brzezinska filia olim Nobilis Adami Brzezinsky consors Nobilis Lucae Zarczynsky cum eiusdem mariti sui tutoris coniugalis personaliter astantis et consensu praesentaneo sana mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobiles Joannem Seraphinum Brzezinskies fratres germanos de solutione dotis et paraphernalicorum ac summae pecuniariae tum et omnis expeditionis de bonis Brzeziny paternis se legitime concernentis ob sufficientem satisfactionem quietat emittit et liberos facit bonisque eisdem Brzeziny paternis et abrenunciat perpetuo et in aeuum.

Kocmier Ex copia parata. Debitum

Officium praesens Castrense Capitaneale Branscen. recognitionem infrascriptam manualem per famatum Erasmum Georgii vice advocatum Bielscen. Nobili Jacobo Kocmier super summam Ducentorum florenorum pecuniae datam manu eiusdem propria subscriptam et sigillo officii vice advocialis bene notoriis obsignatam ad oblationem eiusdem Nobilis Jacobi Kocmier iuxta eius affectationem ad acticandum suscepit de tenore tali. Ego Georgii Erasmus vice advocatus iuratus Bielscen. significo hoc praesenti literali manuali suo Chyrographo universis et singulis officialibus Regni Poloniae ubivis locorum officiis suis fungentibus quibus interest et ad quorum notitiam iurisdictionemque debeam hoc Chyrographum pervenerit. Quia ex familiari Comitate Notitiaque antiqua cum Nobili Jacobo Kocmier viro strenuo pro nunc in antiqua Falki habitanti fideliter secum condita: qui a diuturnis temporibus tam olim famato Gregorio Chocko socero quam et famatae Eufemiae socrui ad invicem coniugibus simul et mihi genero suo in causis diversis nostris, magnas invidias, cum varijs personis agitatis versantibusque, vigilanti sua cura studioque suo summo eadem labores initos ad finem feliciter sortitum perductum impiger hucusque fuit, et hic suis consiliis utilibus nos probitatis observantia sua semper coluit et observavit. Prout quidem pugi hominem Nobilemque virum plane congnovermesse, pro solito more insimemoris sui, ne ipse pro tali animi sui industria corporisque cum sudore

laboribus